Quelle:
Copyright:

Cod. LXXIII

membr: 4. min: Sec: 14 & 15.

1. G. 2.

Ex Lucidarium.

Lucidarium, seu Dialogus magistrum inter et discipulum summam totius christianae Theologiae complectens. Incipit: "Gloriose magister rogo te vt ad inquisita mihi ne pigriteris respondere." Totum in codice nostro decem foliis absolvitur, quod tamen furius exhibuit Gabr. Gerberon in edit. Opp. S. Anselmi, Paris. Fol. 1721. pag. 457. De authore hujus operis non constat. Gerberon de ipso hanc fert censuram: (a) "Hunc librum Anselmi nomine insignitum Coperiocus prae, lo primus commisit Paris: ao 1560. Unde post, ea inter S. Anselmi opera excusum est Colo, niae ao 1575. Quandoquidem vero in eo plurima vana, inepta, et S. Anselmi doc, trinae adversa deprehenduntur, indignum prorsus, quod illius operibus adnumeraretur, judicatum est" - - - "Honorio Augustodunensi id operis adscripsit Tri, themius l. de Eccl. Scriptoribus. Guillel, mo Conventriensi Carmelitae, qui vixit circa ann: 1380. P. Theophilus in Cro, matis adjudicavit: cujus tamen Senten, tiam P. Labbe confutat ex Ms. codice colleg: Clerom: qui hujusce Carmelitae ata, tem superat. Neutri ego illud opus asseram, sed cuidam S. Anselmi studio, so, qui ex ipsius maxime sententiis hanc christianae, vt ait, Theologiae summam concinnavit."

(a) Fol. 6. post Prologum.